causis tres. Rigoris anecthermanti, tanquam morbi recentiorum temporum, meminit GALENUS in libro de Rigore et tremore cap. 7. sub fin.

appareat, id etiam in febribus hecticis accidit Corpus enim a cibis et balneis irrigatum magis incenditur: in his urinae crudae et albae, pulsus parvus, corpus ligneum et siccum corii instar: curatio vero haec: lavandus aeger aqua frigida eique immergendus, interdum etiam propinamus aquam gelidam, si nulla pars subsit debilis: quodsi corpus valde sit emaciatum, etiam lac muliebre vel asininum praescribimus, sicuti in septimo methodi medendi libro Galenus praecipit.

Cap. XVII.

De marasmo qui simpliciter sic dicitur.

Etiam hic morbus hectica febris est intensa et multum caloris habens et multam emaciationem, ita ut aliis signis ne opus quidem sit, ut ait Galenus; etiam a puero agnosci potest. Curatio vero eadem.

Cap. XVIII.

De marasmo retorrido.

Etiam haec febris hectica est, intensa, difficilis et insanabilis; quapropter neque de illo aliquid dicendum; ossa enim et cutem tantum superstita habent hac laborantes.

---

1) Cf. Gal. Ed. Bas. IV. p. 109.

2) Forte respicit Galeni verba: ἀλλὰ καὶ τοὺς μὲν οὕτω

νόμενον καὶ τῶν λουτρῶν ἐξάπτεται μᾶλλον· ἐπὶ τούτων τὰ οὖρα ἄπεπτα καὶ λευκά, ὁ σφυγμὸς μικρὸς, τὸ σῶμα ξυλῶδες καὶ κατάξηρον ὡς βύρσα· ἡ δὲ θεραπεία· λούειν καὶ βάπτειν ψυχρῷ ὕδατι· ἔςι δ' ὅτε καὶ πίνειν ψυχρὸν παρέχομεν ὕδωρ εἰ μή τι μόριον ἀσθενὲς ὑπόκειται· εἰ πάνυ ἰσχνὸν τὸ σῶμα καὶ γάλα παρέχομεν γυναικεῖον, ἢ ὄνειον, ὡς [1] ἐν τῷ ἑβδόμῳ λόγῳ τῆς θεραπευτικῆς Γαληνὸς διατάττεται.

Κεφ. ιζ΄.

Περὶ μαρασμοῦ τοῦ ἁπλῶς λεγομένου.

Καὶ οὗτος ἑκτικός ἐςιν ἐπιτεταμένος καὶ πολλὴν ἔχων τὴν θερμότητα καὶ ἰσχνότητα, ὡς μηδὲ δεῖσθαι ἄλλων σημείων, [2] ὥς φησι Γαληνὸς, καὶ παιδίῳ γνώριμός ἐςιν· ἡ δὲ θεραπεία ἡ αὐτή.

Κεφ. ιη΄.

Περὶ περιφρυγοῦς μαρασμοῦ.

Καὶ οὗτος ἑκτικός ἐςιν, ἐπιτεταμένος, χαλεπὸς καὶ ἀνίατος· διὸ οὐδὲ δεῖ λέγειν τι περὶ αὐτοῦ, ὀςέα γὰρ καὶ δέρμα μόνον ἔχουσιν οἱ τοιοῦτοι.

διακειμένους καὶ πρὶν ἅψασθαι τῶν σφυγμῶν ἔνεςί σοι διαγινώσκειν ἐκ μόνου τοῦ προσώπου. Synopsis lib. de pulsibus cap. 27.

Cap. XIX.

De senio ex morbo.

Senium ex morbo vocat Philippus, ut auctor ubique monet, quando hectica quis laborans, aut febri ardente, propter multum aestum aquam frigidam copiose bibit, et febrim quidem exstinguit sed corpus totum simul refrigerat, ita ut in posterum senilem adspectum habeat, etiamsi paucorum sit annorum.

Hae quidem febres in solidis partibus: iam vero videamus de illis, quae in spiritibus, quas ephemeras vocant.

Cap. XX.

De ephemera.

Ephemera levis est febris unum diem persistens: fit autem ex iracundia, tristitia, vel curis, vel defatigatione, vel solis ardore similibusque: quo fit ut et urinae et pulsus in his secundum naturam sint, ita ut fere credas morbum non adesse. Curatio vero haec: post accessionem vel etiam in ipsa accessione aegrum in balneum demittere et unguere et lotum alere, dein ad solitum vivendi genus demittere.

Cap. XXI.

De ephemera multos dies persistente.

Interdum ephemera non unum tantum diem per-

---

1) Cf. Gal. *de febr. diff.* I. 8. *de causis puls.* IV. 10. *Meth. Med.* VII. 6. *de marcore* cap. 5.

2) Lacuna etiam in MS. notatur: scriptum fuerit forsitan:

Κεφ. ιθ΄.

Περὶ τοῦ ἐκ νόσου γήρως.

Ἐκ νόσου γῆρας ὀνομάζει Φίλιππος, [1] ὥς φησιν ὁ συγγραφεὺς πανταχοῦ, ὅταν ἔχων τις ἑκτικὸν ἢ καῦσον διὰ τὴν πολλὴν ζέσιν προσενέγκηται ὕδωρ ψυχρὸν πολὺ, καὶ σβέσῃ μὲν τὸν πυρετὸν, καταψύξῃ δὲ τὸ ὅλον σῶμα, ὡς λοιπὸν γεροντικὴν ἕξιν ἔχειν κἂν ὀλίγων ἐτῶν ὑπάρχῃ.

Οὗτοι μὲν οἱ ἐπὶ στερεῶν σωμάτων [2] . . . . ἐπὶ πνεύμασι τῶν λεγομένων ἐφημέρων.

Κεφ. κ΄.

Περὶ ἐφημέρου.

Ὁ ἐφήμερος εὐτελής ἐςι πυρετὸς μίαν ἡμέραν κρατῶν· γίνεται δὲ ἐπὶ θυμοῖς καὶ λύπαις, ἢ φροντίσιν, ἢ κόποις, ἢ ἡλιοκαΐαις καὶ τοῖς τοιούτοις· ὅθεν καὶ τὰ οὖρα ἐπὶ αὐτῶν κατὰ φύσιν ἐστὶ καὶ ὁ σφυγμὸς, ὡς νομίζειν σχεδὸν μηδὲν νοσεῖν. Ἡ δὲ θεραπεία· μετὰ τὸν παροξυσμὸν ἢ καὶ ἐν αὐτῷ τῷ παροξυσμῷ ἐπὶ λουτρὸν φέρειν τὸν κάμνοντα καὶ ἀλείφειν καὶ λούσαντα τρέφειν, εἶτα ἐπὶ τὰ συνήθη ἀπολύειν.

Κεφ. κα΄.

Περὶ ἐφημέρου πολυημέρου.

Ἔστιν ὅτε ἐφήμερος οὐ μίαν ἡμέραν κρατεῖ, ἀλλὰ καὶ

οὗτοι μὲν οἱ ἐπὶ ςερεῶν τοῦ σώματος πυρετοὶ, νῦν δὲ εἴπωμεν περὶ τῶν ἐπὶ πνεύμασι, τῶν λεγομένων ἐφημέρων.

sistit, sed vel tres aut quatuor, diciturque polyhemera: eadem vero et causa et curatio.

Et haec quidem de febribus omnibus, in quibus finis est libri primi.

INITIUM LIBRI SECUNDI.

Superest, ut iam morbos in partibus singulis contingentes exponamus: incipiam autem a capite, quum supremum locum occupet et praecipuum.

Cap. I.

De capitis dolore.

Cephalalgia dolor est in capite obortus: multas vero diversitates habet peculiares: nam vel gravitatem sentiunt aegrotantes, quo in casu totum corpus deplendum est, sive lanceola, cephalicam quam vocant et humeralem venam aperientes, sive purgante medicamine, exhibentes hieram Logadii, ceterum postea pituita evacuanda ope sapae et aceti et staphidis, agriae similiumque; ita quidem agendum quum gravitatem sentiunt. Sin autem e tensione oritur a flatibus, ventriculus roborandus hiera Galeni, quam picram vocant et dialoës. Quodsi morsum sentiunt capitis dolore laborantes et veluti calorem, bili quidem purgandus est aeger et continuo lavandus et rosaceo

---

1) Huius Hierae Logadii mentionem facit Theoph. Nonnus Capp. X. et XXXVI. — Ad hunc locum Bern. ad-

τρεῖς, ἢ καὶ τέσσαρας καὶ λέγεται πολυήμερος· τὰ δὲ αἴτια τὰ αὐτὰ καὶ ἡ θεραπεία.

Καὶ ταῦτα μὲν περὶ πάντων τῶν πυρετῶν, ἐν οἷς τὸ τέλος τοῦ πρώτου λόγου.

ἈΡΧΗ ΤΟΥ ΔΕΥΤΕΡΟΥ ΛΟΓΟΥ.

Τὰ δὲ καθ' ἕκαςον μόριον συμβαίνοντα πάθη κατάλοιπον ὑφηγήσασθαι· ἄρξομαι δὲ ἐκ τῆς κεφαλῆς, ἐπειδὴ τὴν ἀνωτέρω θέσιν ἀπείληφε καὶ τιμίαν.

Κεφ. α'.

Περὶ κεφαλαλγίας.

Κεφαλαλγία ἐςὶν ὀδύνη γινομένη κατὰ τὴν κεφαλήν· πολλὰς δὲ τὰς κατὰ μέρος ἔχει διαφοράς· ἢ γὰρ βάρους αἰσθάνονται οἱ κάμνοντες καὶ δεῖ κενῶσαι μὲν τὸ ὅλον σῶμα, ἢ φλεβοτόμῳ, τέμνοντας τὴν κεφαλικὴν καὶ ὠμιαίαν λεγομένην φλέβα, ἢ καθαρσίῳ παρέχοντας τὴν [1] ἱερὰν Λογαδίου. εἶτα λοιπὸν ἀποφλεγματισμοῖς χρῆσθαι δι' ἑψήματος καὶ ὄξους καὶ ἀγριοςαφίδος καὶ τῶν τοιούτων. Οὕτως μὲν ἐὰν βάρους αἰσθάνωνται. εἰ δὲ διατάσεως ὑπὸ πνευμάτων, τὴν γαςέρα δεῖ τονῶσαι παρέχοντα τὴν ἱερὰν Γαληνοῦ, ἥντινα πικρὰν καὶ δι' ἀλωῆς ὀνομάζουσιν. Εἰ δὲ δήξεως αἰσθάνονται οἱ κεφαλαλγοῦντες καὶ οἷον θερμότητος, δεῖ καθαίρειν μὲν τὴν χολήν, λούειν δὲ συνεχῶς καὶ ἀλείφειν ῥοδίνῳ, ἢ καὶ

---

notat Aëtii cap. III. 112, ubi ipsa formula traditur.

unguento illinendus vel omphacio abluto. — Sin vero frigus sentiunt et torporem oleo anethi calido similibusque inunguendi sunt.

Cap. II.

De Cephalaea.

Cephalaea, ut ait Galenus in tertio libro Diagnostices, diuturna et doloris plena capitis affectio est, ut plurimum a cerebri membranarum inflammatione orta. Illa enim laborantibus caput subinde veluti malleo percuti videtur, interdum autem quasi lapide percussum frangi, interdum veluti pulsantem dolorem sentiunt, dolentque oculorum radices ita ut ne vocem quidem audire sustineant, neque lucem intueri, sed in tenebris degere eos oporteat, ab illis enim rebus malum ingravescit. His igitur ita habentibus ad angiologiam et arteriotomiam confugiendum est, quin etiam cutis totius capitis incidenda, vel cauterium ad verticem adhibendum, infusionesque adstringentes et dolorem sedantes administrandae, veluti cum Althaea, et myrtho, et rosis et chamomillis: pedesque vinciendi, et in aquam tepidam immittendi: omninoque a vino abstinendum, et ab iis quae caput replere valent: morbus autem gravis est et curatu difficilis.

1) Tertium lib. *de locis affectis* ita vocat. Initio enim libri primi Galenus: *ὁπόσον*, inquit, *μὲν οὖν τι τὸ πρὸς τὰς ἰάσεις ἐστὶ χρήσιμον ἐκ τῆς τοιαύτης γνώσεως ἐν τῇ*

ὀμφακίνῳ πεπλυμένῳ. Εἰ δὲ ψύξεως καὶ νάρκης αἰσθάνοιντο, ἀνηθελαίῳ θερμῷ καὶ τοῖς τοιούτοις ὑπαλιπτέον.

Κεφ. β′.

Περὶ κεφαλαίας.

Κεφαλαία ἐςὶν, ὥς φησι Γαληνὸς [1] ἐν τῷ τρίτῳ τῆς διαγνωςικῆς, χρονία καὶ ὀδυνηρὰ διάθεσις τῆς κεφαλῆς γινομένη ὡς ἐπίπαν ἐπὶ φλεγμονῇ τῶν μηνίγγων. δοκοῦσι γὰρ οἱ τοιοῦτοι, ὥς φησιν ὁ συγγραφεὺς, ποτὲ μὲν οἷον ὡς ὑπὸ σφύρας τύπτεσθαι τὴν κεφαλὴν, ποτὲ δὲ θλᾶσθαι οἷον ὡς ὑπὸ λίθου, ποτὲ δὲ οἷον σφυγματωδῶς ὀδυνᾶσθαι καὶ τὰς ῥίζας τῶν ὀφθαλμῶν ἀλγεῖν, ὅθεν οὐδὲ φωνῆς ἀκούειν ἀνέχονται, οὐδὲ φῶς ὁρᾷν, ἀλλ' ἐν σκότει διάγειν· παροξύνονται γὰρ ὑπὸ τῶν τοιούτων. δεῖ οὖν ἐπὶ τῶν τοιούτων ἀγγειολογίαν καὶ ἀρτηριοτομίαν παραλαμβάνειν, ἢ καὶ [2] περισκυφισμὸν ὅλης τῆς κεφαλῆς, ἢ καὶ καυτῆρα κατὰ τοῦ βρέγματος, ἐπαντλήματα δὲ ςυπτικὰ καὶ παρηγορικὰ, οἷον δι' ἀλθείας, καὶ μυρσίνης, καὶ ῥόδων καὶ χαμαιμήλων, καὶ δεσμεῖν τοὺς πόδας καὶ εἰς χλιαρὸν ὕδωρ βρέχειν, καὶ ἀπέχεσθαι οἴνου σχεδὸν παντελῶς καὶ τῶν πληροῦν δυναμένων τὴν κεφαλήν. ἔστι δὲ χαλεπὸν καὶ δυσίατον τὸ πάθος.

τῆς θεραπευτικῆς μεθόδου πραγματείᾳ δηλοῦται· νυνὶ δὲ μόνον ὅπως ἂν τις διαγινώσκοι τὰ πάσχοντα μόρια πρόκειται σκοπεῖσθαι. — Itaque vid. *de locis aff.* III. 13.

Cap. III.

De Hemicrania.

Hemicraniaca affectio dicitur, quum dimidia tantum pars capitis dolet, sive dextra, sive sinistra. Morbus autem diuturnus et gravis: eadem autem curatione pellitur, quam in cephalaea commendavimus.

Cap. IV.

De vertigine.

Obfuscationis, *σκότωμα* vocant Graeci, morbus adest, quum vertigine subito prehenduntur atque obfuscantur oculi continuo et domus illis in orbem circumferri videtur, quemadmodum ebriis, sicuti in tertio Diagnostices libro traditum est, Graecis quoque *σκοτοδινίασις* morbus audit. Fit autem a spiritibus in gyrum in capite circumeuntibus: hisque aegrotantibus a flatu libera alimenta exhibere oportet et ventriculum roborare picra Galeni et caput irrigare, ut facilius spiritus dissipentur, et a vino, et ira, et acri quolibet abstinendum est.

Cap. V.

De Apoplexia.

Apoplexia, sicuti dictum in tertio Diagnostices libro, adest quum subito quis cadens sensu et motu privatur ex obturatione ventriculorum cerebri: malum

Κεφ. γʹ.

Περὶ ἡμικρανίας.

Ἡμικρανιακὸν πάθος λέγεται, ὅταν τὸ ἥμισυ μέρος τῆς κεφαλῆς ἀλγῶσι μόνον, τὸ δεξιὸν ἢ τὸ ἀριςερόν. χρόνιον δὲ τὸ πάθος καὶ χαλεπόν· τῇ δὲ αὐτῇ ὑπάγεται ἐπιμελείᾳ, τῇ εἰρημένῃ ἐπὶ τῆς κεφαλαίας.

Κεφ. δʹ.

Περὶ σκοτωματικῶν.

Σκοτωματικὸν πάθος ἐστὶν, ὅταν ἰλιγγιῶσιν ἐξαίφνης καὶ σκοτῶνται συνεχῶς, [καὶ δοκῶ]σι τὸν οἶκον κυκλικῶς ςρέφεσθαι, ὥσπερ οἱ μεθύοντες, ὡς εἴρηται [1] ἐν τῷ τρίτῳ τῆς διαγνωςικῆς· λέγεται δὲ καὶ σκοτοδινίασις τὸ πάθος· γίνεται δὲ ὑπὸ πνευμάτων ςροφουμένων κυκλικῶς ἐν τῇ κεφαλῇ· καὶ δεῖ τὰ ἄφυσα ἐδέσματα τοῖς τοιούτοις παρέχειν καὶ τονοῦν τὴν γαςέρα πικρᾷ Γαληνοῦ καὶ ῥᾶναι τὴν κεφαλὴν, ὅπως ῥαδίως διαφορῆται· καὶ ἀπέχεσθαι οἴνου καὶ θυμοῦ καὶ παντὸς δριμέος.

Κεφ. εʹ.

Περὶ ἀποπληξίας.

Ἀποπληξία ἐςὶν, ὡς ἐν τῷ τρίτῳ τῆς διαγνωςικῆς εἴρηται, ὅταν ἐξαίφνης τις πεσὼν ἀναίσθητος καὶ ἀκίνητος κινῆται ἐπὶ ἐμφράξει τῶν κοιλιῶν τοῦ ἐγκεφάλου.

1) Cap. 12. III. *de locis aff.*

insanabile, auctore Hippocrate in Aphorismis : « Apoplexiam gravem ut solvas fieri nequit, levem neque facile."

Cap. VI.

De epilepsia.

Epilepsia, uti monitum in libro tertio Diagnostices, adest, si quis subito cadens vellitur et ori spuma oboritur, quod plebs Daemona vocat et Lunaticum morbum. Fit autem rursum ex obstructione ventriculorum cerebri et pueris potius contingit, atque insanabilis est, nisi morbum curet provectior aetas, ut ait Hippocrates initio Epidemiorum libri sexti : uterdum vero calido victu.

Cap. VII.

De caro.

Carus autem, sicuti monitum in tertio libro Diagnostices, similis est apoplexiae : differt autem eo, quod apoplexia in posteriori cerebri ventriculo potius obstructionem habet : sopor vero in anteriori : verum a lethargo differt eo, quod febris in caro praecedit et vehementior est, in lethargo contra sequitur. Fit quoque carus ab ictu in capite et osse fracto, ita ut cerebrum premat : curatio vero qualis lethargi.

---

1) Aphorismus est 42. Sect. II.

2) l. l. cap. 9 et 11.

3) Spectat Aph. 4. Sect. I. Epid. VI. De cuius loci variis

ἐςιν δὲ ἀνίατον τὸ πάθος, ὥς φησιν Ἱπποκράτης ἐν ἀφορισμοῖς· [1] λύειν ἀποπληξίην ἰσχυρὴν ἀδύνατον, ἀσθενέα δὲ οὐ ῥηϊδίως.

Κεφ. ς΄.

Περὶ ἐπιληψίας.

Ἐπιληψία ἐςὶν, ὡς εἴρηται [2] ἐν τῷ τρίτῳ τῆς διαγνωςικῆς, ὅταν πεσών τις ἐξαίφνης σπᾶται καὶ ἀφρίζῃ ὅπερ λέγουσιν οἱ ἰδιῶται δαίμονα καὶ σεληνιασμόν· γίνεται δὲ πάλιν ἐπὶ ἐμφράξει τῶν κοιλιῶν τοῦ ἐγκεφάλου καὶ συμβαίνει παιδίοις μᾶλλον, καί ἐστιν ἀνίατον εἰ μή που ἡλικία προκόπτουσα θεραπεύει τὸ πάθος, ὥς φησιν Ἱπποκράτης [3] ἐν ἀρχῇ τῆς ἕκτης ἐπιδημίας· χρηςέον δὲ θερμῇ διαίτῃ.

Κεφ. ζ΄.

Περὶ κάρου.

Ὁ δὲ κάρος, ὡς ἐν τῷ τρίτῳ τῆς διαγνωςικῆς εἴρηται, ἔοικε τῇ ἀποπληξίᾳ· διαφέρει δὲ ὅτι ἡ μὲν ἀποπληξία ἐν τῇ ὀπισθίᾳ κοιλίᾳ τοῦ ἐγκεφάλου μᾶλλον ἔχει τὴν ἔμφραξιν· ὁ δὲ κάρος ἐν τῇ ἐμπροσθίᾳ. Τοῦ δὲ ληθάργου διαφέρει τῷ τὸν πυρετὸν προηγεῖσθαι μὲν τοῦ κάρου καὶ σφοδρότερον εἶναι, ἕπεσθαι δὲ τῷ ληθάργῳ. γίνεται κάρος καὶ διὰ πληγῆς τῆς κεφαλῆς καὶ κατάγματος ὀςέου θλίβοντος τὸν ἐγκέφαλον· ἡ δὲ θεραπεία ὡς τοῦ ληθάργου.

---

lectt. cf. GAL. in comm., PALLADIUM in Scholiis; FOES. in ann.

Cap. VIII.

De comate.

Coma dicitur somnus profundus ac praeter naturam, quum semper dormiunt aegrotantes neque puncti expergiscuntur, et aegre experrecti rursum decumbunt. Fit autem a pituita frigida in capite et purgandi sunt aegri et inunguendi oleo anethi et nares sinapi fricandae vel pipere cum aceto ad sternutationem provocandam.

Cap. IX.

De catocho, qui catalepsis quoque vocatur.

Catochus est, ubi aegrotantes dormiunt et semper apertos servant oculos et immobiles: fit autem ex immodica siccitate atque oleo cum aqua saepe de die lavandum est corpus.

Cap. X.

De comate vigili.

Coma vigil est, ubi simul et vigilant et dormiunt, vel potius neque vigilant neque dormiunt, sed in intermedio quodam inter utrumque versantur: fit autem a duobus humoribus pituita et bile: pituita somnum, bilis vigilias facit: et ad utrumque, sicuti dictum, curatio informanda est.

---

1) Ἀναγκάζειν de alvo sollicitanda accipiendum.

Κεφ. η'.

Περὶ κώματος.

Κῶμα λέγεται ὁ βαθὺς καὶ παρὰ φύσιν ὕπνος, ὅταν ἀεὶ καθεύδωσιν οἱ κάμνοντες καὶ νυττόμενοι οὐκ ἐγείρωνται καὶ ἐγειρόμενοι μόλις πάλιν πίπτωσιν· γίνεται δὲ ἐπὶ φλέγματι ψυχρῷ ἐν τῷ ἐγκεφάλῳ καὶ δεῖ [1] ἀναγκάζειν καὶ ἀλείφειν ἀνηθελαίῳ καὶ ἐς τὰς ῥῖνας σίνηπι χρίειν, ἢ πέπερι σὺν ὄξει διὰ τὸ πτᾶραι.

Κεφ. θ'.

Περὶ κατόχου, ὃς λεγεται καὶ κατάληψις.

Κάτοχός ἐςιν, ὅταν ἀγρυπνῶσιν οἱ κάμνοντες καὶ ἔχωσιν ἀεὶ ἀνεῳγότα τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ μὴ κινουμένους· γίνεται δὲ ἐπὶ ἀμέτρῳ ξηρότητι καὶ δεῖ εἰς ὑδρέλαιον λούειν πολλάκις τῆς ἡμέρας.

Κεφ. ι'.

Περὶ ἀγρύπνου κώματος.

Ἄγρυπνον κῶμά ἐςιν, ὅταν ἅμα καὶ ἀγρυπνῶσι καὶ καθεύδωσιν, μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἀγρυπνοῦσιν, οὐδὲ καθεύδουσιν, ἀλλὰ μεταξύ πώς εἰσι καὶ γίνεται ἐπὶ δύο χυμοῖς, φλέγματι καὶ χολῇ· τὸ μὲν φλέγμα τὸν ὕπνον [2] ἡ δὲ χολὴ τὴν ἀγρυπνίαν. καὶ δεῖ πρὸς ἄμφω ἁρμόζεσθαι, ὡς εἴρηται.

---

2) Forte ποιεῖ interponendum.

Cap. XI.

De phrenitide.

Phrenitis membranae cerebri inflammatio est cum febri: simul autem ea laborantes delirant, et oxyrrhodino hisce caput irrigandum est.

Cap. XII.

De delirio.

Delirium est, quum aliena loquuntur nec mente constant. Nascitur autem e calida intemperie capitis: et rosaceo caput infundendum est vel oxyrrhodino.

Cap. XIII.

De melancholia.

Melancholia adest, ubi sine febri delirant et nugantur et mortem sibi exoptant. Oritur autem ab atra bile in capite et morbus hypochondriacus dicitur: interdum vero e ventriculo quoque eiusmodi humor exhalatur et flatulenta affectio nascitur, de qua in tertio Diagnostices libro multa habet Galenus. Purgandus igitur homo veratro nigro et epithymo et victus rationem eiusmodi, quae boni succi sit, administrare.

---

1) Cf. cap. 10. lib. III. *de locis affectis.* Animadvertendum nostrum h. l. res perturbare. Galenus melancholiam distinguit ab atra bile in cerebro ipso solo abundante, alteramque ab atra bile in corpore superflua et per consensum cerebrum turbante: tandem tertiam his verbis: *ἔϛι δὲ καὶ τρίτη τις διαφορὰ μελαγχολίας, ὥσπερ ὅτ᾽ ἂν ἐπιληψία τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῆς κοιλίας ἴσχει· καλοῦσι δὲ ἔνιοι τῶν ὑποχἰατρῶν ονδριακόν τε καὶ φυσῶδες νό-*

Κεφ. ια΄.

Περὶ φρενίτιδος.

Φρενῖτίς ἐςι φλεγμονὴ τῆς μήνιγγος μετὰ πυρετοῦ· ἅμα δὲ καὶ παραφρονοῦσιν οἱ τοιοῦτοι, καὶ δεῖ ὀξυροδίνῳ διαβρέχειν τὴν κεφαλὴν ἐπὶ τῶν τοιούτων.

Κεφ. ιβ΄.

Περὶ παραφροσύνης.

Παραφροσύνη ἐςὶν, ἐπειδὰν ἀλλόκοτα φθέγγωνται καὶ μὴ φρονῶσι, γίνεται δὲ ἐπὶ θερμῇ δυσκρασίᾳ τῆς κεφαλῆς· καὶ δεῖ ῥοδίνῳ, ἢ ὀξυροδίνῳ ταύτην καταντλεῖν.

Κεφ. ιγ΄.

Περὶ μελαγχολίας.

Μελαγχολία ἐςὶν, ὅταν ἄνευ πυρετοῦ παραφρονῶσιν καὶ ληρῶσι καὶ εὔχωνται ἀποθανεῖν. γίνεται δὲ ἐπὶ μελαγχολικῷ χυμῷ ἐν τῇ κεφαλῇ, καὶ λέγεται ὑποχονδριακόν. ἔςιν δὲ ὅτε ἐκ τῆς γαςρὸς ἀναθυμιᾶται ὁ τοιοῦτος χυμὸς καὶ γίνεται φυσῶδες, [1] περὶ οὗ ἐν τῷ τρίτῳ τῆς διαγνωςικῆς πολλὰ φησὶν ὁ Γαληνός· δεῖ οὖν καθαίρειν ἐλλεβόρῳ μέλανι καὶ [2] ἐπιθύμῳ, καὶ εὔχυμον πάνυ δίαιταν ἐπιτηδεύειν.

σημα τὴν αὐτὴν διάθεσιν. — Easdem morbi diversitates vide notatas ab Aëtio V. 9. Paulo Aeg. III. 14. Theoph. Nonno. cap. 33: ubi vide quae a Bern. adferuntur. Noster autem falso ὑποχονδριακὸν νόσημα et φυσῶδες a se invicem diversa esse existimat.

2) De Epithymo Diosc. πινόμενον δὲ σὺν μέλιτι κάτω καθαίρει φλέγμα καὶ χολὴν μέλαιναν· ἰδίως ἁρμόζον ἐπὶ μελαγχολικῶν καὶ ἐμπνευματουμένων.

Cap. XIV.

De Mania.

Mania vehementissimum, est delirium, in quo vel adgrediuntur alios: interdum arrepto gladio, vel ligno, vel lapide obvios occidunt. Nascitur autem malum e flava bile in capite et scammonia hos purgare oportet et oxyrrhodino caput inunguere et victui frigido et boni succi operam dare.

Cap. XV.

De memoriae iactura.

Memoriae iactura fit ab immodica refrigeratione et siccitate posterioris cerebri ventriculi, qua facta nullius rei omnino recordantur. Tunc caput tondendum et dropacismo curandum. Dropax vero est, ut ait Archigenes in Diagnostice, quum unguentis calidis ad caput utimur, veluti e pipere, pyrethro, similibusque: sic enim frigus extrorsum revocamus.

Haec quidem in cerebro locum obtinent et in medulla spinali et spina: et iisdem (quae commendavimus) remediis ad ea utendum est.

Cap. XVI.

De paresi.

Paresis dicitur resolutio totius corporis: fit autem

---

1) Forte respiciuntur Archigenis verba, quae cap. 5. III. *de locis affectis* a Gal. adferuntur: *ἐρεθισμούς τε διὰ νάπυος καὶ σικυῶν κούφων, τὰ πολλὰ μὲν ἠπίων, ὅτε δὲ*

Κεφ. ιδ'.

Περὶ μανίας.

Μανία ἐςὶ σφοδροτάτη παραφροσύνη ὅταν καὶ ἐπέρχωνται· ἔςιν δὲ ὅτε καὶ ξίφος λαβόντες ἢ ξύλον ἢ λίθον φονεύουσι τοὺς παρατυγχάνοντας· καὶ γίνεται ἐπὶ ξανθῇ χολῇ ἐν τῇ κεφαλῇ, καὶ δεῖ τῇ σκαμωνίᾳ τούτους καθαίρειν καὶ ὀξυροδίνῳ τὴν κεφαλὴν ἀλείφειν καὶ ψυχρὰν καὶ εὔχυμον δίαιταν ἐπιτηδεύειν.

Κεφ. ιε'.

Περὶ μνήμης ἀπωλείας.

Γίνεται ἀπώλεια τῆς μνήμης ἐπὶ ψύξει καὶ ξηρότητι ἀμέτρῳ τῆς ὀπισθίας κοιλίας τοῦ ἐγκεφάλου, ὅταν οὐδενὸς μεμνῆται τὸ παράπαν· καὶ δεῖ ξυρᾶν τὴν κεφαλὴν καὶ δρωπακίσαι αὐτήν. Δρώπαξ δέ ἐςιν ὥς φησιν Ἀρχιγένης [1] ἐν τῇ διαγνωςικῇ, ὅταν θερμοῖς χρίσμασι κεχρήμεθα ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, οἷον σίνηπι, πύρεθρον καὶ τὰ τοιαῦτα. οὕτως γὰρ ἀνακαλούμεθα τὴν ψύξιν.

Ταῦτα μὲν ἐν τῷ ἐγκεφάλῳ συνίςανται ἔν τε τῷ νωτιαίῳ καὶ τῇ ῥάχει, καὶ δεῖ τοῖς αὐτοῖς κεχρῆσθαι βοηθήμασιν.

Κεφ. ις'.

Περὶ παρέσεως.

Πάρεσις λέγεται ἡ παράλυσις ὅλου τοῦ σώματος· γί-

καὶ πάνυ εὐτόνων. — Archigenes ad Marsum Epistolam scripsit, qua consilia illi suppeditavit περὶ τοῦ πατρὸς, ὅπως ἀνακτήσηται τὴν μνήμην αὐτῷ.

ex obturatione primae vertebrae a crasso humore: est etiam ubi semiresolutus seu hemiplectus quis evadit, quando sive dextrae tantum partes, sive sinistrae resolutae sunt, sive id in toto fiat corpore, sive non amplius in toto sed in dimidio tantum. At calida medicamenta in hoc morbo adhibenda ad vertebram obturatam; qualia quae cum castorio et euphorbio et adarce parantur. Interdum sola crura resolvuntur, vertebris obstructis, vel unum resolvitur crus, dimidia medullae spinalis parte affecta, et manus caet., siculi in quarto Diagnostices libro expositum est.

Cap. XVII.

De spasmo.

Spasmus motus est citra voluntatem in partibus voluntatis imperio subiectis, quales sunt nervi, musculi: spasmus igitur fit ubi membrum extendentes, veluti crus, flectere illud non amplius possunt, et flexum dein extendere nequeunt: causa autem vel nervorum est siccitas, quo casu quoque insanabilis est: vel ariditas, qualis in nimis inanitis vel febricitantibus: causa est etiam repletio, sicuti in succi plenis.

Cap. XVIII.

De emprosthotono et opisthotono et tetano.

Emprosthotonus spasmus est musculorum spinae,

---

1) De medullae spinalis affectionibus Galenus agit h. l.

νεται δὲ ἐπὶ ἐμφράξει τοῦ πρώτου σπονδύλου ὑπὸ παχέος χυμοῦ. ἔςιν δὲ ὅτε ἡμιπάρετος, ἤτοι ἡμίπληκτος, γίνεταί τις, ὅταν ἢ τὰ δεξιὰ αὐτοῦ μόνον, ἢ τὰ ἀριςερὰ μέρη παραλυθῶσιν, ἢ ὅλου τοῦ σώματος, ἢ οὐκέτι ὅλου ἀλλὰ τοῦ ἡμίσεος αὐτοῦ, καὶ δεῖ θερμοῖς βοηθήμασι χρῆσθαι κατὰ τοῦ σπονδύλου τοῦ ἐμπεφραγμένου· οἷά ἐςι τὰ διὰ καςορίου καὶ εὐφορβίου καὶ ἀδάρκης. Ἔστι δὲ ὅτε τὰ σκέλη παραλύεται μόνον, ὅταν οἱ σπόνδυλοι ἐμφραγῶσιν, ἢ τὸ ἓν σκέλος παραλύεται, ὅταν τὸ ἥμισυ μέρος τοῦ νωτιαίου πάθῃ καὶ αἱ χεῖρες δὲ καὶ τὰ ἄλλα, [1] ὡς εἴρηται ἐν τῷ τετάρτῳ τῆς διαγνωςικῆς.

Κεφ. ιζ΄.

Περὶ σπασμοῦ.

Σπασμός ἐςι κίνησις ἀπροαίρετος ἐν προαιρετικοῖς μορίοις· προαιρετικὰ δὲ μόριά εἰσι νεῦρα, μύες· σπασμὸς οὖν γίνεται, ὅταν ἐκτείναντες τὸ μόριον, οἷον τὸ σκέλος, μηκέτι δύνωνται κάμψαι, καὶ κάμψαντες οὐκέτι ἐκτεῖναι δύνωνται. γίνεται δὲ ἢ διὰ ξηρότητα τῶν νεύρων, ὅτε καὶ ἀνίατός ἐςιν, ἢ διὰ ξηρότητα μὲν ὡς ἐπὶ τῶν ὑπερκαθαιρομένων ἢ πυρεττόντων· διὰ δὲ πλήρωσιν, ὡς ἐπὶ τῶν πληθωρικῶν.

Κεφ. ιη΄.

Περὶ ἐμπροσθοτόνου καὶ ὀπισθοτόνου καὶ τετανοῦ.

Ἐμπροσθότονός ἐςι σπασμὸς τῶν μυῶν τῆς ῥάχεως,

IV. 6. — Inprimis tamen, quae hoc capite habentur hausta sunt e 14. lib. III.

quando flexi sunt et veluti incurvati, neque extendere sese valent. Opisthotonus contra, quando extensi sunt retrorsum neque flectere corpus possunt. Tetanus autem composita est affectio ex utroque, emprosthotono et opisthotono, quum erecti sunt neque extendi vel flecti possunt. — Haec de spasmo.

Cap. XIX.

De tremore.

Tremor vel plebi notus est; oritur autem a partium refrigeratione.

Cap. XX.

De palpitatione.

Palpitatio etiam notissima est fitque magis in facie et palpebris a multa refrigeratione et vetustis flatibus.

Cap. XXI.

De horripilatione, convulsione et rigore.

Omnia haec fere eadem sunt, gradu maiori aut minori diversa: eorum causa bilis est, vel acris materia totum corpus pungens, acus instar: ubi vero causa est levis horripilationem efficit, sin magna convulsionem, quemadmodum et rigorem facit, ubi magna est: rigor enim e convulsione et externorum refrigeratione compositus.

ὅταν κεκαμμένοι ὦσι καὶ οἷον κεκυρτωμένοι καὶ οὐ δύνωνται ἑαυτοὺς ἀνατεῖναι· ὀπισθότονος δὲ τοὐναντίον, ὅταν τεταμένοι ὦσιν εἰς τὰ ὀπίσω καὶ μὴ δύνωνται κάμπτειν ἑαυτούς. τετανὸς δὲ σύνθετόν ἐςι πάθος ἐκ τῶν δύο τούτων, ἐμπροσθοτόνου καὶ ὀπισθοτόνου, ὅταν ὀρθοὶ ἱστῶνται καὶ οὔτε ἀνατεῖναι ἑαυτοὺς, οὔτε κάμψαι δύνωνται. Ταῦτα μὲν περὶ σπασμοῦ.

κεφ. ιθ'.

Περὶ τρόμου.

Ὁ τρόμος δῆλός ἐςι καὶ τοῖς ἰδιώταις· γίνεται δὲ ἐπὶ ψύξει τῶν μορίων.

Κεφ. κ'.

Περὶ παλμοῦ.

Καὶ ὁ παλμὸς δῆλός ἐςι καὶ γίνεται μᾶλλον ἐν τῷ προσώπῳ καὶ τοῖς βλεφάροις ἀπὸ ψύξεως πολλῆς καὶ παλαιῶν πνευμάτων.

Κεφ. κα'.

Περὶ φρίκης καὶ κλόνου καὶ ῥίγους.

Ταῦτα πάντα σχεδὸν τὰ αὐτά εἰσι, διαφέροντα παρὰ τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον· γίνονται δὲ ἐπὶ χολῇ, ἤτοι ἐπὶ δριμείᾳ ὕλῃ κεντούσῃ ὅλον τὸ σῶμα, ὥσπερ βελόνη· ἀλλ' εἰ μὲν μικρόν ἐςι τὸ αἴτιον ποιεῖ φρίκην, εἰ δὲ μέγα ποιεῖ κλόνον· ὥσπερ καὶ εἴ ἐςι μέγα ποιεῖ ῥῖγος· σύγκειται γὰρ τὸ ῥῖγος ἀπὸ κλόνου καὶ περιψύξεως.

Cap. XXII.

De pandiculatione et oscitatione.

Pandiculamur quum e somno expergefacti crura et pedes extendimus et voluptatem inde percipimus: fit autem hoc ex inflatione musculorum: i. e. musculorum in maxillis, quos maseteres vocant.

INITIUM LIBRI TERTII.

Cap. I.

De oculis.

Morborum, qui oculis accidunt, curationem expositurus necessarium credidi eorum anatomen praemittere, utilem ad multa eorum, quae mox tradentur. Hinc autem initium faciam: cerebro tres ventriculos habente, anteriorem, posteriorem ac medium, septem nervorum paria ex illis procedunt, exceptis processibus, quos vocant, mastoïdeis: ipse enim illi processus mastoïdei quum pars sint cerebri anterioris ad na-

---

1) Pro *τοὺς πόδας* forte *τὰς χεῖρας* legendum.

2) Animadvertendum Nostrum sinus frontales appellare processus mastoïdeos: quod hinc videtur explicandum, quod Gal. dicit *de olfactus organo* cap. II. *καὶ τοίνυν τῆς ῥινὸς ἐχούσης μέσον διάφραγμα καὶ πόρους ἀξιολόγους δύο, τούτους δὴ τοὺς φαινομένους, ἕνα καθ᾽ ἑκάτερον μυκτῆρα, χρὴ γινώσκειν ἀνωτέρω τῶν μέσων τῆς ῥινὸς ἑκάτερον αὐτῶν δίχα σχιζόμενον. ἥκει δὲ τῶν μερῶν τὸ μὲν ἕτερον εἰς τὸ τοῦ ςόματος ἔνδον, τὸ δ᾽ ἕτερον ὄρθιον*

Κεφ. κβ'.

Περὶ σκορδινησμοῦ καὶ χάσμης.

Σκορδινησμός ἐςιν, ὅταν ἐγειρόμενοι ἐξ ὕπνου διατείνωμεν τὰ σκέλη καὶ [1] τοὺς πόδας καὶ ἡδώμεθα τοῦτο ποιοῦντες. τοῦτο δὲ γίνεται δι᾽ ἐμπνευμάτωσιν τῶν μυῶν, τουτέςι τῶν ἐν ταῖς σιαγόσιν, οἵτινες λέγονται μασητῆρες.

ΑΡΧΗ ΤΟΥ ΤΡΙΤΟΥ ΛΟΓΟΥ.

Κεφ. α'.

Περὶ ὀφθαλμῶν.

Τῶν ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς παθῶν τὴν θεραπείαν διηγούμενος ἀναγκαῖον ἡγοῦμαι τὴν ἀνατομὴν αὐτῶν προειπεῖν, χρησίμην οὖσαν εἰς πολλὰ τῶν λεχθησομένων. ἄρξομαι δ᾽ ἐντεῦθεν· τοῦ ἐγκεφάλου τρεῖς κοιλίας ἔχοντος, ἐμπροσθίαν, ὀπισθίαν καὶ μέσην, ἑπτὰ νεύρων συζυγίαι προέρχονται ἐξ αὐτῶν χωρὶς τῶν [2] μαςοειδῶν καλουμένων ἀποφύσεων· αὗται γὰρ αἱ μαςοειδεῖς ἀποφύσεις, μέρος οὖσαι τοῦ ἐμπροσθίου ἐγκεφάλου ἐπὶ τὰς

ὡς ἐξ ἀρχῆς ἐφέρετο πρὸς αὐτὸν ἀναβαίνει τὸν ἐγκέφαλον: εἰσὶ γὰρ αὐτῶν (legendum αὐτοῦ) καὶ δύο κατὰ τοῦτο ἀποφύσεις προμήκεις τε καὶ κοῖλαι, τὴν ἀρχὴν μὲν ἐκ τῶν προσθίων ἔχουσαι κοιλιῶν, καθήκουσαι δὲ ἐπ᾽ ἐκεῖνο τοῦ κρανίου τὸ μέρος, ὅθεν ἡ ῥὶς ἄρχεται· κατὰ τοῦτο καὶ ἡ τῶν ἠθμοειδῶν ὀςῶν ἐςι θέσις κ. τ. λ. Harum apophysium mentio fit itidem in libris *de usu partium* et in *Isagoge*: illasque Noster *apophyses mastoïdeas* dixit.

res tendunt, ubi cribriforme, ita dicunt, os subiacet, in quo olfactus facultas sedem habet. E septem igitur hisce paribus primum et secundum, quod vocant, ad oculos tendit: primum visus facultatem eorum vehens, qua colores distinguit oculus et ad latera illum advertimus. Primum autem par peculiare quid habet: ceteri enim nervi quum solidi sint, solum hoc leve est et cavitatem habet, qua cavitate spiritus opticus ad oculos vehitur: praeterea aliud quid peculiare hi nervi habent: quum enim in formam litterae X secum coniunguntur, vulgo credunt dextrum nervum ad sinistrum oculum ferri, laevum vero ad dextrum: nec tamen ita se res habet, sed falluntur qui ita statuunt. Post coniunctionem enim rursum dexter nervus ad dextrum oculum revertitur, laevus vero ad laevum. Id autem a natura factum est eo consilio, ut si quando oculus unus laesus sit, omnis spiritus per communionem ad unum oculum illum confflueret, quo fit etiam ut nos, ubi e longinquo rem conspicere velimus, alterum oculum claudamus, ut omnis spiritus opticus in alterum confluat. Hi igitur primi paris nervi e cerebro ad oculum vecti reticulatam formant tunicam: ita enim vocatur quia plagis et reti sphaerico similis est. Intus in retiformi illa tunica tres sunt humores: vitreus quem vocant quia vitro similis est, ovi albo similis, quia refert. . . . .
. . . . sarcocollae, croci, glaucio, chelidonio minori et camphora.

---

1) Deficit hic in Cod. folium integrum. Notandum est, caput, quod post lacunam sextum dicitur, in Indice quin-

ῥῖνας καθήκουσιν, ἔνθα τὸ ἠθμοειδὲς οὕτω λεγόμενον ὀστοῦν ὑπόκειται, ἐν ᾧ ἡ ὀσφραντικὴ δύναμίς ἐςι. Τούτων οὖν τῶν ἑπτὰ συζυγιῶν ἡ πρώτη καὶ ἡ δευτέρα καλουμένη εἰς τοὺς ὀφθαλμοὺς φέρεται, ἡ μὲν πρώτη ὀπτικὴν αὐτῶν φέρουσα δύναμιν, καθ' ἣν διακρίνει τὰ χρώματα καὶ πρὸς τὰ πλάγια περιςρέφομεν τὸν ὀφθαλμόν· ἐξαίρετον δέ τι ἡ πρώτη συζυγία ἔχει· τῶν γὰρ ἄλλων νεύρων ναςῶν ὄντων, αὕτη μόνη κούφη ἐςὶ καὶ κοιλότητα ἔχει, δι' ἧς κοιλότητος τὸ πνεῦμα τὸ ὀπτικὸν ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς φέρεται· καὶ ἄλλο δὲ ἐξαίρετον ἔχει τὰ νεῦρα ταῦτα· συναπτόμενα γὰρ ἀλλήλοις χιοειδῶς νομίζεται τὸ μὲν δεξιὸν νεῦρον εἰς τὸν ἀριςερὸν ὀφθαλμὸν φέρεσθαι, τὸ δὲ ἀριςερὸν εἰς τὸ δεξιόν. οὐκ ἔςι δὲ ἀληθὲς, ἀλλ' ἠπάτηνται οἱ οὕτω νομίζοντες μετὰ γὰρ τὸ συναφθῆναι πάλιν ὑποςρέφει τὸ μὲν δεξιὸν νεῦρον εἰς τὸν δεξιὸν ὀφθαλμὸν, τὸ δὲ ἀριστερὸν εἰς τὸν ἀριςερόν. Τοῦτο δὲ γέγονεν ὑπὸ τῆς φύσεως ἵνα, εἴπου βλαβῇ ὁ εἷς ὀφθαλμὸς, ὅλον τὸ πνεῦμα διὰ τῆς κοινωνίας εἰς τὸν ἕνα συναχθῇ, ὅθεν καὶ ἡμεῖς, ὅταν βουλώμεθα ἐπὶ πολὺ διάςημα ὁρᾶν, μύομεν τὸν ἕνα ὀφθαλμὸν, ἵνα ὅλον τὸ πνεῦμα τὸ ὀπτικὸν εἰς τὸν ἕνα ἀθροισθῇ. Ταῦτα τοίνυν τῆς πρώτης συζυγίας τὰ νεῦρα φερόμενα ἐκ τοῦ ἐγκεφάλου εἰς τὸν ὀφθαλμὸν ποιοῦσι τὸν ἀμφιβληςροειδῆ χιτῶνα· οὕτω γὰρ λέγεται ἐπειδὴ ἔοικε δικτύῳ καὶ ἀμφιβλήςρῳ σφαιρικῷ. Ἔσωθεν τούτου τοῦ ἀμφιβληςροειδοῦς χιτῶνός εἰσι τρία ὑγρά· τὸ ὑαλῶδες λεγόμενον, ἐπειδὴ ἔοικεν ὑέλῳ, τὸ ὠῶδες, ἐπειδὴ ἔοικε τῷ
[1] . . . . σαρκοκόλλης, κρόκου, γλαυκίῳ, μαμηρᾷ καὶ καμφορᾷ.

---

tum esse, quare remedia ista, quae post hiatum enumerantur, credam ad ψωροφθαλμίαν pertinere.

Cap. VI.

De sicca oculi inflammatione.

Sicca oculi inflammatio, est quum oculus aridus est et difficulter movetur et pruriginem aliquam facit. Causa autem est ariditas similiaque, a balneo et alimento et somno abstinentia. Morbus etiam sclerophthalmia vocatur.

Cap. VII.

De phthisi.

Phthisis etiam de oculo dicitur, quum non alitur et minor factus est et magis excavatus: in hoc morbo collyriis non est utendum, nocent enim et exsiccant, sed balneis et victu boni succi.

Cap. VIII.

De asperitate oculorum.

Oculorum asperitas dicitur, ubi extrorsum versis palpebris in illis vides frumenta quaedam aspera, qualia sunt quae in ficubus inveniuntur. Ad hanc utimur trachomaticis, quae vocantur, collyriis, i. e. asperitatem tollentibus, eo quod cum vino paratur, et quod cum duobus lapidibus, similibusque. Quodsi vero asperitates vetustiores sunt et induruerunt, callus vocatur.

Cap. IX.

De sycosi.

Sycosis est, ubi in palpebris extrorsum versis invenis carnem quamdam rubram excrescentem, veluti fi-

Κεφ. ϛ'.

Περὶ ξηροφθαλμίας.

Ξηροφθαλμία ἐςὶν, ὅταν κατάξηρος ᾖ ὁ ὀφθαλμὸς καὶ δυσχερῶς κινῆται καὶ κνισμὸν μικρὸν ἐμποιῇ. γίνεται δὲ ἐπὶ ξηρότητι καὶ τοῖς τοιούτοις, λουτρῶν καὶ τροφῆς καὶ ὕπνων ἀποςάσει. λέγεται δὲ τὸ πάθος καὶ σκληροφθαλμία.

Κεφ. ζ'.

Περὶ φθίσεως.

Φθίσις λέγεται καὶ ὀφθαλμοῦ, ὅταν ἀτροφήσῃ καὶ μικρότερος γένηται καὶ κοιλότερος· ἐπὶ τούτου οὐ δεῖ κεχρῆσθαι κολλουρίοις, βλάπτει γὰρ καὶ ξηραίνει, ἀλλὰ λουτροῖς καὶ εὐχύμῳ διαίτῃ.

Κεφ. η'.

Περὶ τραχωμάτων.

Τραχώματα λέγονται, ὅταν ἐκστρέψας τὰ βλέφαρα ἴδῃς ἐν αὐτοῖς οἷον κεγχραμίδας τινὰς τραχείας οἷαι αἱ τῶν συκῶν εἰσιν. ἐπὶ τούτων κεχρήμεθα τοῖς τραχωματικοῖς λεγομένοις κολλουρίοις, τῷ δι' οἴνου, τῷ διὰ τῶν δύο λίθων καὶ τῶν τοιούτων. Ὅταν δὲ τραχώματα παλαιότερα γένηται καὶ ἀπολιθωθῇ, τύλωσις λέγεται τὸ τοιοῦτον.

Κεφ. θ'.

Περὶ συκώσεως.

Σύκωσίς ἐςιν, ὅταν ἐκστρέψας τὰ βλέφαρα εὕρῃς ὑπερσαρκήματά τινα ἐρυθρὰ, ὥσπερ σῦκα· καὶ αὐτὰ δὲ τοῖς

cus: hae etiam trachomaticis collyriis curantur, quae, aliis deficientibus, illinimus.

Cap. X.

De grandine in oculis, quam χαλάζιον vocant.

Grando, χαλάζιον, vocatur, quum in palpebra prope tarsum, ubi pili sunt, pustulae quaedam rotundae nascuntur molles et madentes grandini similes, hae autem exciduntur, vel filo circumducto interceptae tolluntur.

Cap. XI.

De hordeolo.

Hordeum, ut aiunt nonnulli, grando est: rem accuratius perpendentes dicunt grandinem forma rotundam esse, hordeolum oblongum, sicuti hordeum proprie sic dictum. Instillandum ergo decoctum hordei vel fumariae inter ipsum hordeum crescentis, vel curatione, quae ad grandinem praescribitur, auferre.

Cap. XII.

De lapillis in oculis.

Lapilli in oculo sunt, ubi extrorsum versa palpebra apparent particulae quaedam veluti lapideae, ad instar asperitatum: istae vero oculum male pungunt: sanatur morbus efficacissimis collyriis trachomaticis.

---

1) Ἐξ ὑποβολῆς significare suspicor, utendum esse ad hoc

τραχωματικοῖς κολλουρίοις θεραπεύεται [1] ἐξ ὑποβολῆς ἐγχριόντων ἡμῶν.

Κεφ. ι'.

Περὶ χαλαζίων.

Χαλάζιον λέγεται, ὅταν ἐντὸς τοῦ βλεφάρου ἐγγὺς τοῦ ταρσοῦ, ὅπου αἱ τρίχες, ψυδράκιά τινα ϛρογγύλα γίνηται μαλακὰ καὶ πλαδαρὰ ἐοικότα χαλάζῃ, τὰ δὲ τοιαῦτα ἐκτέμνομεν, ἢ ἀπολινοῦμεν.

Κεφ. ια'.

Περὶ κριθῆς.

Κριθή ἐϛιν, ὡς μέν τινες λέγουσι, τὸ χαλάζιον, οἱ δὲ ἀκριβέϛεροί φασιν, ὅτι τὸ μὲν χαλάζιον ϛρογγύλον ἐϛὶν, ἡ δὲ κριθὴ μακροτέρα, ὥσπερ ἡ κυρίως κριθή. ἐγχυματίζειν οὖν αὐτὴν δεῖ κριθῶν ἀποβρέγματι ἢ καπνοῦ τοῦ ἐν ταῖς κριθαῖς φυομένου, ἢ τῇ τῶν χαλαζίων θεραπείᾳ ὑπάγεσθαι.

Κεφ. ιβ'.

Περὶ λιθιάσεως.

Λιθίασις ὀφθαλμῶν ἐϛιν, ὅταν ἐκστρέψας τὸ βλέφαρον ἴδῃς ὄγκους τινὰς λιθώδεις, ὥσπερ τὰ τραχώματα· ταῦτα δὲ νύττει κακῶς τὸν ὀφθαλμὸν, θεραπεύεται δὲ τοῖς δραϛικωτέροις τραχωματικοῖς κολλουρίοις.

---

malum collyriis trachomaticis, quod deficiant alia huic sycosi peculiariter destinata.

Cap. XIII.

De pediculari oculorum morbo.

Fuere qui viderint pediculos latos ad capillos oculi natos, procul dubio e putredine: oportet autem ad illos iisdem uti collyriis, admiscenda vero etiam efficaciora, veluti collyrium, quod dicitur, Constantini.

Cap. XIV.

De trichiasi.

Trichiasis est, ubi alii capilli in palpebra subnati sunt et oculum pungunt et lacrymari faciunt: ad hos curandos adhibemus simplicem sectionem et anarraphen, et catarraphen, si in palpebra inferiori est.

Cap. XV.

De phalangosi.

Phalangosis vocatur, ubi duobus vel tribus ordinibus novi pili crescunt. Eadem hoc in casu curatio adhibenda.

Cap. XVI.

De ptosi.

Ptosis dicitur, quando novi quidem capilli non nascuntur, sed ipsi qui adsunt oculum contra naturam pungunt. Curamus morbum illos adglutinando.

Cap. XVII.

De paralysi.

Subinde palpebrae musculus resolvitur, neque eam

Κεφ. ιγ'.

Περὶ φθειριάσεως.

Τινὲς ἱςόρησαν φθεῖρας πλατεῖς γινομένους περὶ τὰς τρίχας τοῦ ὀφθαλμοῦ, ἐκ σήψεως δηλονότι. καὶ δεῖ ἐπὶ τῶν τοιούτων τοῖς αὐτοῖς κεχρῆσθαι κολλουρίοις, μιγνύναι δὲ καὶ δραςικὰ, οἷον ἐςι τὸ Κωνςαντίνου λέγομενον κολλούριον.

Κεφ. ιδ'.

Περὶ τριχιάσεως.

Τριχίασίς ἐςιν, ὅταν ἄλλαι τρίχες ἐν τῷ βλεφάρῳ φυῶσι καὶ νύττωσι τὸν ὀφθαλμὸν καὶ δακρύειν ποιῶσιν· ἐπὶ τούτων παραλαμβάνομεν τὴν ἁπλοτομίαν καὶ τὴν ἀναῤῥαφὴν καὶ τὴν καταῤῥαφὴν, ἐὰν ἐν τῷ κάτω βλεφάρῳ ᾖ.

Κεφ. ιε'.

Περὶ φαλαγγώσεως.

Φαλάγγωσις λέγεται, ὅταν διςιχία ἢ τριςιχία γένηται φυομένων τριχῶν. ἡ αὐτὴ δὲ ἐπὶ τούτων ἐςὶ θεραπεία.

Κεφ. ις'.

Περὶ πτώσεως.

Πτῶσις λέγεται, ὅταν ἄλλαι μὲν τρίχες μὴ γένωνται· αὐταὶ δὲ καμπτόμεναι παρὰ φύσιν κεντῶσι τὸν ὀφθαλμόν. θεραπεύομεν δὲ αὐτὰς ἀνακολλίζοντες.

Κεφ. ιζ'.

Περὶ παραλύσεως.

Ἔστι δὲ ὅτε παραλύεται ὁ μῦς τοῦ βλεφάρου καὶ οὐ

levare possunt: fit hoc a refrigeratione, utimurque calefacientibus v. c. igne.

Cap. XVIII.

De tumore carneo in oculi angulo, ἐγκανθίδα.

Ἐγκανθίς est, quum in angulo interno ulcere facto caro excrescit: curamus chirurgia sollerter resecantes.

Cap. XIX.

De lacrymarum fluxu, ῥυάδα vocant.

Ῥυάς adest, ubi perversa chirurgia vel alia quadam causa angulus internus resolutus est, neque amplius lacrymas continet, sed hae praeter voluntatem effunduntur. Adhibemus pulveres densantes inspergendos, qualis e spongiis ustis et Severi ille.

Cap. XX.

De pterygio.

Pterygium carnosa est excrescentia membranae adnatae, ab interno angulo incipiens et extensa usque ad pupillam, ita ut magis aucta eam obtegat et lucem intercipiat: utimur pterygotomia per acum filum traiicientes equinum atque ita secantes, dein adstringentibus collyriis utimur et tenuibus, qualia sunt Constantini illud et quod cum cornu cervi paratur et cum murice. Raro etiam ab externo angulo excrescit pterygium.

δύνανται ἀνοίγειν αὐτόν· γίνεται δὲ διὰ ψῦξιν καὶ κεχρήμεθα τοῖς θερμαίνουσιν οἷον πυρί.

Κεφ. ιη΄.

Περὶ ἐγκανθίδων.

Ἐγκανθίς ἐςιν, ὅταν ἐν τῷ μεγάλῳ κανθῷ ἕλκους γενομένου ὑπερσάρκωσις γίνηται· θεραπεύομεν δὲ αὐτὸ διὰ χειρουργίας εὐφυῶς τέμνοντες.

Κεφ. ιθ΄.

Περὶ ῥυάδος.

Ῥυάς ἐςιν, ὅταν ἀπὸ χειρουργίας κακῆς, ἢ ἄλλης αἰτίας παραλυθῇ ὁ μέγας κανθὸς καὶ μηκέτι κατέχηται τὸ δάκρυον, ἀλλὰ φέρηται ἀκουσίως. κεχρήμεθα ξηρίοις πυκνωτικοῖς, οἷόν ἐςι τὸ διὰ τῶν κεκαυμένων σπόγγων καὶ τὸ Σεβηριανόν.

Κεφ. κ΄.

Περὶ πτερυγίου.

Πτερύγιόν ἐςιν ὑπερσάρκημα τοῦ ἐπιπεφυκότος ὑμένος ἀρχόμενον ἐκ τοῦ μεγάλου κανθοῦ καὶ ἐξαπλούμενον μέχρι τῆς κόρης, ὅθεν ἐπειδὰν αὐξηθῇ σκοτίζει αὐτήν· καὶ κεχρήμεθα λοιπὸν τῇ πτερυγοτομίᾳ, βελόνῃ ἐμβάλλοντες τρίχα ἵππου καὶ οὕτως πρίζοντες καὶ λοιπὸν τοῖς καταςαλτικοῖς κολλουρίοις κεχρήμεθα καὶ λεπτοῖς, οἷον τὸ Κωνςαντίνου καὶ τὸ διὰ κέρατος ἐλαφίου, καὶ τὸ διὰ κογχύλης. Γίνεται δὲ πτερύγιον σπανιάκις καὶ ἀπὸ τοῦ μικροῦ κανθοῦ.

Cap. XXI.

De adhaesione, (prosphysi vel symphysi).

Prosphysis est, ubi palpebrae ex ulceratione oculo adnascuntur vel secum invicem concrescunt et conglutinantur; malum est incurabile: sunt tamen qui manu illi mederi audeant.

Cap. XXII.

De aegilope.

Aegilops dicitur, quum abscessus oritur prope angulum internum et nares: interdum rumpitur et in fistula versus angulum nascitur, unde pus defertur. Atque hoc quidem nonnulli urunt cauterio fistulari, dein os narium perfodiunt et faciunt, ut per istud os pus effluat, posteaque medicamentis utuntur carnes augentibus.

Cap. XXIII.

De hyposphagmate s. haematide.

Hyposphagma s. haematida vocant, quum ex ictu aliquo oculus rupturam venulae parvae patitur sanguisque effunditur et rubrum fit oculi album non totum quidem, sed pro parte. Sin autem diu perstet non rubrum sed nigrum fit: hoc quidem curamus pullum columbinum necantes sanguinemque calidum instillantes.

---

1) Cf. Celsus VII. 7. 7. Aëtius VII. 88.

Κεφ. κα'.

Περὶ προσφύσεως, ἤτοι συμφύσεως.

Πρόσφυσίς ἐςιν, ὅταν τὰ βλέφαρα ἑλκωθέντα προσφύηται τῷ ὀφθαλμῷ, ἢ ἀλλήλοις συμφύηται καὶ κολλᾶται· ἔςι δὲ ἀνίατον τὸ πάθος, τινὲς δὲ αὐτὸ τολμῶσι χειρουργεῖν.

Κεφ. κβ'.

Περὶ αἰγίλωπος.

Αἰγίλωψ λέγεται, ὅταν ἀπόςημα γένηται ἐγγὺς τοῦ μεγάλου κανθοῦ καὶ τῆς ῥινός· ἔςι δὲ ὅτε ῥήγνυται καὶ συριγγοῦται εἰς τὸν κανθὸν, κἀκεῖθεν φέρεται τὸ πῦον· καὶ τούτους [1] καίουσί τινες τῷ συριγγιακῷ καυτῆρι, εἶτα τρυπῶσι τὸ ὀςοῦν τῆς ῥινὸς καὶ ποιοῦσι διὰ τὸ ὀςοῦν φέρεσθαι τὸ πῦον, εἶτα καὶ σαρκωτικοῖς κέχρηνται.

Κεφ. κγ'.

Περὶ ὑποσφάγματος, ἤτοι αἱματίδος.

Ὑπόσφαγμα καλοῦσιν ἤτοι αἱματίδα, ὅταν ἐκ πληγῆς τινος ὁ ὀφθαλμὸς ῥῆξιν ὑπομείνῃ φλεβίου μικροῦ καὶ ἐκχυθῇ αἷμα καὶ γένηται ἐρυθρὸν τὸ λευκὸν, οὐχ ὅλον ἀλλὰ μέρος· ἐὰν δὲ χρονίσῃ, οὐκ ἐρυθρὸν ἀλλὰ μέλαν γίνεται· ἰώμεθα δὲ τοῦτο σφάζοντες [2] περιςερόπουλον καὶ τὸ αἷμα θερμὸν ἐπιχέοντες.

---

2) Cf. Du Cang. in voce.

Cap. XXIV.

De chemosi.

Chemosis nomen duos indicat morbos: alterum quum ab intensa inflammatione palpebra utraque incurvatur et extrorsum vertitur, nec totum oculum contegere potest, quod curamus sicuti supra phlegmonen curari monuimus. Verum chemosis proprie dicitur quum album oculi inflammatum altius excrescit quam nigrum, ita ut hoc magis in profundo conspiciatur circuli forma: hoc in casu emulgentibus et repellentibus collyriis utimur, qualia sunt quod cum lacte paratur, ceratum, Telamonium, Theophileum, quod cum vino componitur, Hermolaus dictum, stauridatum similiaque alia.

Cap. XXV.

De Argemo.

Argemon dicitur, quum in nigro prope iridis circulum rotunda ulcuscula fiunt et albidiora adspectu sunt: ea autem curamus quemadmodum leucoma.

Cap. XXVI.

De Nubecula.

Nubecula dicitur, quum ex ulcere in superficie macula alba (leucoma vocant) nascitur levis et non cohaerens, nubi similis. Verum hoc quoque veluti leucoma curamus.

---

1) Dubito an apud alios collyrii Stauridoti mentio fiat: coniicio ϛαυϱιδάτον scribendum esse et de remedio nomen

Κεφ. κδ΄.

Περὶ χημώσεως.

Δύο σημαίνει ἡ χήμωσις πάθη, ἓν μὲν ὅταν ἐκ φλεγμονῆς μεγάλης ἀμφότερα τὰ βλέφαρα κυρτωθῇ καὶ ἐκτραπῇ καὶ μὴ δύνωνται ὅλον σκέπειν τὸν ὀφθαλμὸν, καὶ τοῦτο θεραπεύομεν, ὥσπερ εἴρηται ἀνωτέρω τὴν φλεγμονήν. λέγεται δὲ χήμωσις κυρίως, ὅταν τὸ λευκὸν τοῦ ὀφθαλμοῦ φλεγμαῖνον ὑψηλότερον γένηται τοῦ μέλανος, ὅθεν φαίνεται βαθύτερον καὶ κυκλοτερὲς τὸ μέλαν· καὶ τότε λοιπὸν ἁπαλοῖς καὶ ἀποκρουστικοῖς κολλουρίοις κεχρήμεθα, οἷον τῷ κολλουρίῳ τῷ διὰ γάλακτος, τῷ κηρίνῳ, τῷ τελαμωνίῳ. τὸ θεοφίλιον, τὸ δι᾽ οἴνου, ὁ ἑρμόλαος, [1] τὸ σαυριδοτὸν καὶ τὰ τοιαῦτα.

Κεφ. κε΄.

Περὶ ἀργέμου.

Ἄργεμον λέγεται, ὅταν ἐν τῷ μέλανι κατὰ τὸν τῆς ἴριδος κύκλον στρογγύλα ἕλκη γένηται καὶ φαίνηται λευκότερα· ἰώμεθα δὲ αὐτὰ ὥσπερ τὸ λεύκωμα.

Κεφ. κϛ΄.

Περὶ νεφελίου.

Νεφέλιον δὲ λέγεται, ὅταν ἐξ ἐπιπολαίου ἑλκώσεως λεύκωμα γένηται λεπτὸν καὶ διεσπασμένον ἐοικὸς νεφέλῃ. ἰώμεθα δὲ καὶ αὐτὸ ὥσπερ τὸ λεύκωμα.

---

intelligendum esse, quod cum σαυρίδιν herba compositum fit, i. e. cum hyssopo vide Du C. p. 1431.

Cap. XXVII.

De caligine.

Caligo est, quum per totum oculum ex ulceratione leucoma diffunditur.

Cap. XXVIII.

De leucomate.

Leucoma cicatrix est ab ulcere corneae membranae crassa et alba et impediens pupillam, quominus videat. Ad hoc utimur attenuantibus efficacibusque collyriis, v. c. thalassero, eo quod proteus dicitur, eo quod cum murice paratur, stercore crocodili cum melle sine fumigatione collecto, similibusque aliis.

Cap. XXIX.

De Hypopyo.

Hypopyon dicitur, quando totum nigrum (iridem vocant) pus occupat, vel dimidium. Juvat imprimis aquosum, quod dicitur, collyrium, quaeque huius sunt generis.

---

1) Ista nomina animadvertenda; quid collyrium protistum? ni fallor est collyrium *Πρωτεύς*: nimirum Alex. Trall. II. 5. sub fin. cap. *καὶ ὁ πρωτεὺς τὸ κολλούριον καὶ ὁ θαλάσσερος καλούμενος πρὸς ἀμβλυωπίας καὶ ἀρχομένας ὑποχύσεις, καὶ τύλους σμήχει.* Videmus certe h. l. duo ista coniungi.

2) In marg. MS. ad hoc caput leguntur ista: *ἐνάλῳ* (*ἐν*

Κεφ. κζ'.

Περὶ ἀχλύος.

Ἀχλύς ἐςιν, ὅταν καθ' ὅλον τὸν ὀφθαλμὸν ἐξ ἑλκώσεως λεύκωμα γένηται.

Κεφ. κη'.

Περὶ λευκώματος.

Λεύκωμά ἐςιν οὐλὴ ἐξ ἑλκώσεως τοῦ κερατοειδοῦς χιτῶνος παχεῖα καὶ λευκὴ καὶ ἐμποδίζουσα τὴν ὄψιν εἰς τὸ ὁρᾶν· κεχρήμεθα δὲ ἐπὶ αὐτῶν τοῖς λεπτυντικοῖς καὶ δραςικοῖς κολλουρίοις, οἷον [1] τῷ θαλασσέρῳ, τῷ πρωτίστῳ, τῷ διὰ κογχύλης, τῇ κροκοδείλου κόπρῳ μετὰ μέλιτος ἀκαπνίστου καὶ τοῖς τοιούτοις [2].

Κεφ. κθ'.

Περὶ ὑποπύου.

Ὑπόπυον λέγεται, ὅταν ὅλον τὸ μέλαν, τὴν λεγομένην ἶριν, πῦον περιλάβῃ, ἢ τὸ ἥμισυ· ποιεῖ δὲ πρὸς τοῦτο τὸ ὑδαρὲς κολλούριον καὶ τὰ τοιαῦτα.

ἄλλῳ leg.) ὑπόπυά ἐςι τὰ πελιδνώματα τὰ ὑποκάτω τοῦ ὀφθαλμοῦ, ὅταν μελαίνῃ τὸ κάτω βλέφαρον· συμβαίνει τοῦτο μᾶλλον γυναιξίν· ἔστι δὲ καὶ αἱματώδης καὶ ὑπόξανθος ἡ χροιά. Videmus non ὑπόπυα sed ὑπώπια describi. Recipiendum non est; in capp. indice desideratur hoc loco et aeque ac in codice in fine libri habetur, ubi vide.

Cap. XXX.

De bothrio.

Bothrion ulcus est in oculo purum et rotundum foveae instar. Ad hoc iuvant collyria carnem adaugentia, veluti quod cum aloë et quod cum thure paratur, aliaque eiusmodi; vim enim habent vacua complendi.

Cap. XXXI.

De muiocephalo, s. procidentia oculi.

Muscae caput (*μυιοκέφαλον* Graece) adest ubi corroditur membrana cornea, ac dein interna corneae membrana, nigra dicta procedit, ita ut caput muscae referat. Malum etiam procidentia dicitur. Curamus autem adstringentibus et densantibus, in oculum illa instillantes, adeo ut nonnulli chalcanthum dilutum instillare audeant: adstringit enim et procedentem membranam introrsum repellit.

Cap. XXXII.

De staphylomate.

Staphylomata sunt, quum muiocephalum adauctum in magnum volumen excrescit, instar uvae albae, quo facto nec palpebrae oculum totum contegere valent

---

1) *Μυοκέφαλον*, licet saepius legatur, (cf. *Thes.* STEPH. Ed. Lond. p. 909. D. in voce *κεφαλή*) ferri nequit. — Recte PAULUS AEG. III. 22. *περὶ προπτώσεως, ἥτις μικρὰ ἔτι οὖσα, ὡς προσεοικέναι μυίας κεφαλῇ, μυιοκέφαλον καλεῖται.* — Eadem comparatio apud AËTIUM VII.

Κεφ. λ'.

Περὶ βοθρίου.

Βοθρίον ἕλκος ἐςὶν ἐν τῷ ὀφθαλμῷ καθαρὸν καὶ ςρογγύλον, ὥσπερ βόθρος· ποιεῖ δὲ πρὸς ταῦτα σαρκωτικὰ κολλούρια, οἷον τὸ δι' ἀλωῆς, τὸ διὰ λιβάνου καὶ τὰ τοιαῦτα· ἀναγεμίζει γὰρ αὐτά.

Κεφ. λα'.

Περὶ [1] μυιοκεφάλου.

Μυιοκέφαλόν ἐςιν, ὅταν ἀνάβρωσις γένηται τοῦ κερατοειδοῦς χιτῶνος καὶ λοιπὸν ὁ ἔσωθεν τοῦ κερατοειδοῦς χιτών, ὁ μέλας λεγόμενος, προπέσῃ, ὡσεὶ κεφαλὴ μυίας. λέγεται δὲ τὸ πάθος καὶ πρόπτωσις· ἰώμεθα δὲ αὐτὸ τοῖς ςύφουσι καὶ πυκνοῦσιν ἐγχυματίζοντες· ὅθεν τινὲς τολμῶσι χάλκανθον ὑδαρέςερον ἐγχυματίζειν· ςύφει γὰρ καὶ ὠθεῖ ἔσω τὸν προπεσόντα χιτῶνα.

Κεφ. λβ'.

Περὶ ςαφυλώματος.

Σταφυλώματά εἰσιν, ὅταν τὸ μυιοκέφαλον αὐξηθὲν πολὺ ὀγκωθῇ, ὥσπερ ςαφυλὴ λευκή, ὅτε καὶ μὴ δύναται τὰ βλέφαρα σκέπειν ὅλον τὸν ὀφθαλμὸν διὰ τὸν ὄγκον

35, ubi tamen vitio Editorum μυοκεφάλων et μυοκέφαλον. Hoc etiam apud auctorem *Defin. Med.* — Recte Schneid. μυιοκέφαλον in Lex. μυοκέφαλον ex App. eiectum vellem: ipsa mali natura considerata patet cum muris scilicet capite conferri minime id posse.

propter tumorem: malum autem est insanabile: nonnulli filo circum deligato auferre sustinent, non ut sanent, sed ne magis magisque volumine augeatur.

Cap. XXXIII.

De suffusione.

Suffusio (Graece ὑπόχυσις) est, quum inter membranam uviformem et corneam humor pituitosus et crassus, quasi returbidus, coagulatus est et pupillam obfuscat nec cernere sinit: qui hoc morbo laborant initio culices vident. Curatur vero punctione, non principio, sed postquam aliquamdiu perstiterit: fallacia vero malo isti haec est: nimirum ipse subinde oculus nihil patitur, sed a ventriculo vapores adscendunt et culices faciunt: quod ubi fit oculus non est tangendus, sed stomachi ratio habenda est et adhibenda picra Galeni.

Cap. XXXIV.

De pupilla nimis late patente.

Pupillae iusto maior amplitudo malum est ipsum, sed vocatur etiam mydriasis, quum amplior facta pupilla visum laedit: oritur autem e siccitate et morbus insanabilis est: sunt qui punici mali succum instillent et verbo adstringentia omnia.

Cap. XXXV.

De glaucosi.

Glaucosis est, ubi crystallinus humor veluti coagulatus est et albidior factus et visum impedit: fit autem semper in senibus, malumque sanari nequit.

αὐτοῦ. ἔςι δὲ ἀνίατον τὸ πάθος· τινὲς δὲ τολμῶσιν ἀπολινοῦν αὐτὸ, οὐχ ἵνα ἰάσωνται, ἀλλ' ἵνα μὴ ἐπιπλέον αὐξηθῇ.

Κεφ. λγ'.

Περὶ ὑποχύσεως.

Ὑπόχυσίς ἐςιν, ὅταν μεταξὺ τοῦ ῥαγοειδοῦς χιτῶνος καὶ κερατοειδοῦς φλεγματῶδες καὶ παχὺ ὑγρὸν συςῇ, ὥσπερ θολερὸν, καὶ σκοτώσῃ τὴν κόρην καὶ μὴ ἐάσῃ βλέπειν. οἱ δὲ τοιοῦτοι κατ' ἀρχὰς βλέπουσι κωνώπια. θεραπεύεται δὲ διὰ παρακεντήσεως, οὐ κατ' ἀρχὰς, ἀλλ' ὅταν χρονίσῃ· ἔχει δὲ ἀπάτην τὸ πάθος τοῦτο. ἔςι γὰρ ὅτε αὐτὸς μὲν ὁ ὀφθαλμὸς οὐδὲν ἔχει, ἀπὸ δὲ τῆς γαςρὸς ἀτμοὶ ἀναφέρονται καὶ ποιοῦσι κωνώπια· καὶ δεῖ τότε μὴ ἅπτεσθαι τοῦ ὀφθαλμοῦ, ἀλλὰ φροντίζειν τῆς γαςρὸς καὶ παρέχειν τὴν πικρὰν Γαληνοῦ.

Κεφ. λδ'.

Περὶ πλατυκορίας.

Πλατυκορία ἐςὶ τὸ πάθος, (λέγεται δὲ καὶ μυδρίασις) ὅταν ἡ κόρη γίνηται πλατυτέρα καὶ βλάψῃ τὴν ὅρασιν· γίνεται δὲ ἐπὶ ξηρότητι καί ἐςιν ἀνίατον τὸ πάθος· τινὲς δὲ ἐγχυματίζουσιν αὐτῷ χυλὸν ῥοιᾶς καὶ ἁπλῶς πάντα τὰ ςύφοντα.

Κεφ. λε'.

Περὶ γλαυκώσεως.

Γλαύκωσίς ἐςιν, ὅταν τὸ κρυςαλλοειδὲς οἷον παγῇ καὶ λευκότερον γένηται καὶ βλάψῃ τὴν ὅρασιν· γίνεται δὲ ἐπὶ τῶν γερόντων συνεχῶς καί ἐςιν ἀνίατον τὸ πάθος.

Cap. XXXVI.

De confusione, σύγχυσιν Graece dicunt.

Confusio (σύγχυσις) est, quum oculi humores secum invicem veluti misti sunt et confusi: hoc etiam malum est insanabile.

Cap. XXXVII.

De collapsu, σύμπτωσιν vocant.

Collapsus (σύμπτωσις) contrarius est pupillae maiori amplitudini (πλατυκορίᾳ); fit autem ubi pupilla propter debilitatem collabitur et angustior redditur.

Cap. XXXVIII.

De paremptosi.

Paremptosis est, quando in nervum opticum humor incidit et spiritum opticum solvit et intercipit: signum habet quod, nil patiente oculo, non vident. Curatur purgationibus et pituitae expulsione et tenui victus ratione.

Cap. XXXIX.

De nyctalope.

Nyctalops dicitur, quum interdiu visus obscurus est, noctu vero veluti vespere, antequam lychni accen-

---

1) In MS. γυμνῶς legitur. Ex Aëtio VII. cap. 50. ὑγρὸν dedi: ibi enim de amaurosi: τῆς δὲ ἀθρόως συμπιπτούσης ἢ ἔμφραξίς ἐςι τοῦ ὀπτικοῦ νεύρου, παχέων καὶ γλισχρῶν ὑγρῶν ἐμπεσόντων ἐν αὐτῷ ἀθρόως, ἢ παράλυσις αὐτοῦ τοῦ νεύρου. — Steph. *Thes.* Lond. p. 7608. A.

Κεφ. λϛ'.

Περὶ συγχύσεως.

Σύγχυσίς ἐϛιν, ὅταν τὰ ὑγρὰ τοῦ ὀφθαλμοῦ οἷον μιχθῇ ἀλλήλοις καὶ συγχυθῇ· ἔϛι δὲ καὶ αὐτὸ ἀνίατον.

Κεφ. ιζ'.

Περὶ συμπτώσεως.

Ἡ σύμπτωσις ἐναντία ἐϛὶ τῇ πλατυκορίᾳ, ὅταν συμπίπτῃ καὶ ϛενῶται ἡ κόρη δι' ἀτονίαν· ἔϛι δὲ σπάνιον τὸ πάθος καὶ ἀνίατον.

Κεφ. λη'.

Περὶ παρεμπτώσεως.

Παρέμπτωσίς ἐϛιν, ὅταν εἰς τὸ νεῦρον τὸ ὀπτικὸν [1] ὑγρὸν ἐμπέσῃ καὶ λύσῃ καὶ ἐμφράξῃ τὸ ὀπτικὸν πνεῦμα· ἡ δὲ σημείωσις· μηδὲν ἔχοντος τοῦ ὀφθαλμοῦ οὐχ ὁρῶσιν· ἡ δὲ θεραπεία διὰ καθαρσίων καὶ ἀποφλεγματισμοῦ καὶ τῆς λεπτῆς διαίτης.

κεφ. λθ'.

Περὶ νυκτάλωπος.

